

AD LECTOREM.

Hoc opus inceperam, priusquam in publicum exirent tres tomi, quos de Matrimonio postea inscripsit doctissimus Thomas Sanchez Granaten. Theolog. è Societate I. S. V. & quamuis illis visis superuacaneum fortassis videri posset de hac materia ulterius agere, cum exactissime ipse eam pertractauerit illis tribus tomis decem Libros integros continentibus: attamen cum semper in animo habuerim solos tres Canoniarum quaestionum in utroque foro conficere, duobus jamdiu in diuersis materijs in publicum editis; tertium, & vltimum constituere decreui in materia matrimoniali in praxi frequentissima, & vtilissima, tum quia est huiusmodi, tum etiam quia grauissimas causas matrimoniales in praxi summo studio definierim, & ad alias consultus responderim longis commentarijs, quæ in hoc libro suis locis inferuntur, & omnia breuius disferuntur, omissa tantum materia de debito conjugali, & diuortio, de qua per Thom. Sanchez vbi supra 3. tom. lib. 9. & 10. apud ipsum videnda, ne hoc opus plus debito oneremus. Denique eo jamdiu perfecto obligationibus iustitiæ in publicum edidit, in quo inter alia plures sectiones, & capita in materia matrimoniali congerit, insuper & de impedimentis matrimonij valde doctè examinat citans Thom. Sanchez, sed quia hic mire & doctissime clario ingenio, & multa lectione textuum, & Authorum suum opus elaborauit, eius ordinem sequi omnino decreui; certus, quod Lectorem huius nostri non poenitebit, si forsan id voluerit perlegere.

DN. IOAN. GVTIERREZ

CANONICARVM
VTRIVSQUE FORI

TAM EXTERIORIS
QVAM INTERIORIS

ANIMÆ

QVÆSTIONVM

LIBER TERTIVS,

Qui totus circa SPONSALIA de futuro & MATRIMONIA versatur.

CAPITVLVM PRIMVM.

Quot sint sponsalia, & quid?

SVMMARIVM.

- 1 SPONSALIA tripliciter sumuntur, vt hic, & numeris sequentibus.
- 2 Sponsalia primo modo accepta sunt futurarum nuptiarum promissio, & num. 3.
- 4 Differentia, que datur inter sponsam de futuro, & sponsam de presenti.
- 5 Sponsi post contractum matrimonij de presenti ante copulam, quandoque appellantur maritus & vxor.
- 6 Sponsa de futuro aliquando in iure appellatur vxor.
- 7 Communis vsus loquendi attendendus est, quando statutum iubet, quod mulier nupta, seu maritata non succedat, si tantum sit desponsata per verba de presenti, non tamen traducta ad domum viri.
- 8 Sponsaliorum significatio propior, & frequentior est futurarum nuptiarum promissio, & nu. 9. ponitur distinctio obseruanda.
- 10 Dispositio quando dicitur fauorabilis, & quando odiosa, & que sunt consideranda, & num. 11.
- 12 Sponsa de presenti nondum cognita decedente, an locum habeat statutum precipiens, ut vxore decedente absq; liberis, vir dotem, vel partem eius lucretur.
- 13 Intellectus tex. in c. 3. circa finem de sententia excommunicationis de percussite clericum cum vxore, matre, vel sorore, aut filia propria turpiter inuentam loquente: & an habeat locum in percussente clericum turpiter inuentum cum sponsa sua de presenti à se non cognita carnaliter, num. 14. & num. 15. an procedat in sponsa de futuro, & numeris sequentibus.
- 16 Adulterium an committatur cum sponsa de futuro.
- 17 L. si vxor 13. in princip. vers. Diuus. ff. ad l. l. de adulter. & in §. si minor eiusdem legis intellectus.
- 18 Circumstantia copule habita cum alterius sponsa de futuro, an sit necessario constituenda sacerdoti?
- 19 Circumstantia notabiliter aggravans peccatum licet speciem eius non mutet, an sit constituenda? & num. 20.
- 21 Filius natus ex fornicatione cum sponsa alterius de futuro, an sint adulterini? & an hi dicantur filij naturales, vel spurij? num. 22.
- 23 L. si Tauri intellectus.
- 24 Filius natus post votum castitatis simplex an sint naturalis?

Sponsalia tripliciter sumuntur; primo pro futuri matrimonij promissione: secundo pro matrimonio de presenti copula non consummato, vt in cap. 3. loco de presump. & in c. 2. & in c. si de spons. duo. & c. coninger. & c. qui de sponsatam 27. q. 2. & Matth. 1. cum esset desponsata, &c. & ita tenent communes secundum Vivald. in Candel. Aur. 7. factam, in materia de spons. c. 1. q. 1. tertio dicuntur sponsalia munerata, que à sponso sponse dabantur. l. 1. c. si nuptia ex re script. & ita accipitur l. Reg. c. 18. non habet Rex sponsalia necesse: de prioribus 2. modis sponsaliorum hic agendum est, de tertio autem suo loco.

Sponsalia autem primo modo accepta, sunt futurarum nuptiarum promissio, c. nostrates, §. o. q. 5. & in l. ff. de sponsal. cum siml. co quod veteres per stipulationem futuras sibi vxores sponderent; l. 1. & 2. ff. de sponsal. l. sponso. ff. de verb. significatioue. & ibi Alciat. & Rebuf. in versic. veteres enim. Preposit. in rubrica de sponsal. & matrimo. numero 2. & ibi Marian. Socin. numero 6. D. Couarr. in quarto, de sponsal. prima parte, cap. primo, in principio. Petrus Nicol. Motius de sponsal. in principio num. 6. Victoria in summ. in materia de sponsal. in principio. D. Thom. Nauar. & alij plures, quos refert & sequitur Vivald. in suo Candelabr. aureo septem sacramentorum, titulo de sponsalib. cap. 1. nu. 3. pagina 331. Marc. Ant. Cuch. lib. 5. institut. Maidr. tit. 10. nu. 2. Mascard. 3. tom. de probat. conclusione 1332. est communis inter omnes DD. secundum Petrum de Ledefma in summ. de sponsal. cap. 3. pag. 29. Thom. Sanchez lib. 1. de sponsalib. disputatioue 1. num. 7.

Vnde D. Thomas in 4. distinctioue 27. quest. 2. art. 1. ad 6. quem sequitur Cuch. vbi supra numero 1. dum appellat sponsalia sacramentalia, quædam matrimonij, sicut, exorcismum baptismi, intelligendus est de sacramentalibus matrimonij, id est de præuis ad ipsam matrimonij sacramentum: non vero quod sponsalia habeant sanctitatem aliquam præuiam ipsi sacramento matrimonij, sicut exorcismi, habent sanctitatem aliquam; qua ratione dicuntur sacramentalia, ut obseruauit Petrus de Ledefma de matrim. questione 43. articulo 1. sal. 96. §. vltimo supponendum est; quem refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra num. 8. & ita DD. nostri vxorem à sponsa, que conjugalem consensum præstitit, in hoc

hoc distinguunt, quod vxor post nuptialem benedictionem, seu carnis copulam dicatur: antea vero sponsa appellatur. Sponsalia secundo modo accepta sunt & dicuntur matrimonium de presenti in facie Ecclesie celebratum, non tamen copula consummatum. cap. ex publico, de conversione conjugat.

3 Quia quodammodo est a thuc promissa respectu effectus matrimonij secundum Abb. in d. cap. 3. loco in fi. quam significationem diuina etiam Scriptura obseruat, & eam frequens vltus recipit secundum Abbatem in d. c. ex publico per tex. ibi. Anckari. Felin. & Dec. quos refert, & sequitur L. Couar. d. c. 1. num. 3. & 4. & Motius vbi sup. num. 2. & novissime Thom. Sanchez de Societate Iesu, lib. 1. de matrimonio disputatione 1. de sponsal. num. 1.

4 Vnde ea differentia datur inter sponsam de futuro, & sponsam de presenti, conjugem & vxorem: quod sponsa de futuro est illa, que alteri de futuro promissa est: sponsa de presenti illa dicitur, que per verba de presenti contrahit, per que verba matrimonij sacramentum conficitur, sed nondum est copula sequuta: vxor autem, vel coniux illa appellatur, que iam a viro suo est cognita, latè D. Couar. 1. part. de sponsalibus, cap. 1. num. 3. & latissime Dominicus a Soto in d. dist. 27. q. 2. art. 1. quos refert, & sequitur Vivaldi vbi supra. l. n. 7. pag. 382.

5 Quandoq; tamen post contractum matrimonij de presenti, etiam ante copulam, appellantur vir, sine maritus, & vxor: quia nuptias non concubitus, sed consensus facit. nuptias ff. de reg. iur. cap. sufficit. 2. quest. 2. & cap. omnes, eadem causa. & quest. 6. consultatione de sponsal. c. cum intriatur. c. conuget. c. conuget. c. ad. de sponsal. l. 1. tit. 2. part. 2. & ibi Greg. Lopez in gloss. verb. consentimento. & constat ex c. I. Matth. ibi Iacob genuit Ioseph viri Mariae. & ibi: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Marian. Socin. in d. rubr. de sponsal. d. n. 6. & Thom. Sanchez vbi sup. d. n. 1. & probauimus latè in nos. tractat. de tutel. 1. p. c. 7. num. 6. cum sequentibus.

6 Imo etiam aliquando in iure sponsa de futuro appellatur vxor. c. inuenis de sponsal. ibi: Quia ipsa coniux ipsius fuisse dicitur. unde a gloss. verb. coniux. id est sponsa: & in sacris Literis Gen. 19. ibi Iacob dixit ad Laban: Da mihi vxorem meam: que tantum erat sibi promissa Thom. Sanchez vbi sup. Sponsa ergo coniuges appellantur, non ratione presentium, sed spe futurorum, ex eo quod propter fidem, quam in desponsatione dederunt, postea efficiantur vere vxores. cap. sic quippe. 27. q. 2. vbi Gratian. ex pluribus hoc ipsum probat, cuius est locupletissimus testis D. Hieronym. aduersus Heluid. de perpetua Virginitate B. Mariae. 2. tom. vt refert, & sequitur D. Couar. d. cap. 1. num. 4. & nos d. c. 9. n. 9.

7 Ideoque iura loquencia de matrimon. & de marito, & vxore accipienda sunt, quando matrimonij per verba de presenti contractum est, quamuis copula sequuta non sit, vt doceridem Couar. in 4. 2. p. cap. 1. n. 4. Matien. in fin. gloss. 6. n. 1. tit. 2. lib. 5. noua collect. Reg. & nos de iuram. confirmat. 1. p. c. 1. n. 2.

8 Quod si aliquando iura solum sunt intelligenda in viro, & vxore data commixtione carnali, & in matrimonio iam consummato, id erit, vel ex communi vsu loquendi ex legis intentione, vel ex alia similitudine ratione secundum D. Couar. vbi sup. Quod si communis vsus loquendi haberet, quod desponsata per verba de presenti, nondum ad domum viri tradita, dicatur sponsa, & non maritate, etiam desponsata per verba de presenti ad domum viri non tradita, non excluderet virtute statuti habentis, vt mulier nupta, seu maritata non succedat patri, aut matri, existentibus masculis: quia communis vsus loquendi praevalet comuni significationi verborum,

l. cum Delationis. §. a finem. ff. de fundo infructu. cum finibus. secus si statum excluderet filiam dotatam, & aliqua esset desponsata per verba de futuro, & pro ea dos soluta fuisset: quia ista diceretur dotata ex quo est certa de dote sua, vt cum Antonio, & aliis tradit Marian. Socin. in rubr. de spons. n. 8. 9. & 10. dicens tandem, quod hæc decisio apud se non transit sine dubio, sed tunc non intendit insistere. Ego vero circa primum dictum de communi vsu loquendi teneo, quod prædixim de arat. de tutel. 1. p. q. 9. n. 6. cum seqq. & præcipue n. 9. nempe, quod sponsus, & sponsa de presenti, re vera vir, & vxor dici possunt: & quod vocabulo nostro Hispano propria significatione sponsati appellantur quoque, casados, licet non dicantur, vel ador. & inter eos dicitur esse matrimonium ante velationem, vt in l. 2. in fin. tit. 1. & in l. 2. tit. 11. part. 4. & in Conc. Trident. sess. 24. c. 1. de res. matr. & ibi latius cum alijs probauimus. Ci ea secundum de statuto excludente filiam dotatam, & ea veram esse censet præd. decis. quia militat eadem ratio, & intentio statuti in filia desponsata per verba de futuro dotata, & sua dote soluta, que in filia nupta dotata.

9 Propior autem, & frequentior significatio sponsaliorum est prima sup. dict. nempe, futurorum nuptiarum promissio, vt tenent Abb. Anton. Felin. Mari. Socin. 7. & communiter DD. in rubr. de spons. in Decretal. & Couar. vbi supra. n. 4. in fin. Anton. Cuch. de instit. maior. lib. 5. tit. 10. n. 3. & Thom. Sanchez alios allegans vbi supra. d. n. 1. & Ledesma vbi supra. pag. 30. col. 1. vnde quociens de sponsis mentio fiat, intelligi debet de solis sponsis de futuro, nisi aliud suadet communis ac frequens vsus loquendi, eius uolentio: qui legem dedit, contractum, vel testamentum fecit, vt cum alijs reuoluit D. Couar. d. c. in fine, & cum pluribus Didac. Perez in l. 1. lib. 5. ordinamentis sol. 4. in vers. quare vtrum, & Ludouic. Lopez in secunda parte Institut. in noua editione in materia de matrimonio c. 3. fol. 1031. & quod statutum loquens de vxore, non intelligatur de sponsa, & loquens de sponsa de futuro, non intelligatur de vxore, nisi aliud exprimat, tenent Anton. in rubrica de sponsalibus, n. 4. & ibi præpositus num. 6. Thom. Sanchez d. lib. 1. disput. 4. n. 2. verba namque statuti proprie sunt intelligenda l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest. c. in infra, & ibi Innocent. de m. o. i. cum similib.

10 Sed in hac re obseruanda est huiusmodi distinctio, vt siquidem materia odiosa sit, vt si statutum contineat, filiam dotatam non succedere patri, tunc minime comprehendatur sponsa de futuro: si autem materia sit fauorabilis, comprehendatur etiam sponsa de futuro, per tex. in Luon sine. c. de bonis, que lib. i. d. l. 1. c. eodem tit. Hanc distinctionem tenet Abb. in c. tertio loco de presumption. in fin. & in c. ex publico. n. 9. de conuers. conjugat. & in rubrica de sponsal. nu. 5. & ibi Alex. de Neuo, n. 6. Felin. n. 1. & bene Marian. Socin. in 8. & 11. Greg. Lopez. antel. 1. ad fin. tit. 1. p. 4. Marcus Anton. Cuch. lib. 5. instit. maior. tit. 10. n. 8. & 9. & alios allegans contra Tiraquel. Tho. Sanchez de disput. 1. n. 2. post princip. & n. 3. vers. vtrum in hoc. Roder. Suarez in l. 2. fori. tit. de los casamientos. n. 34. & Villalobos in arario commun. opin. verb. matrimonij appellatione. Ant. Gabriel. tom. 2. commun. opin. lib. 11. eodem verbo matrimonij appellatione.

11 At sciendum tamen, quando dicitur dispositio fauorabilis, & quando odiosa considerandum est, primum internum dispositionis, si enim sit, statuetur in fauorem alicuius, erit fauorabilis, licet in damnum, & odii alterius referatur, si vero primum intentum sit in alicuius odium, & penam quibus cedat in alterius fauorem, erit odiosa, quia ex primario sine attendenda est dispositio: ita colligitur ex gloss. in c. 1. propter

propter de rescript. in 6. verb. primi anni, ad finem, & tenent ibi Dominicus n. 9. Franc. n. 6. gloss. etiam in c. 1. cum ibi, de elect. in 6. verb. alibi & ibi Dominicus, & Franc. in sine Bart. in l. qui exceptionem. 20. in princip. n. 2. per illum text. ff. de condit. indebit. & ibi Albertic. & Sali. v. terque nu. 1. idem Bart. in l. si quis, nec causam, in princip. n. 6. ff. si cert. per. & ibi Paul. de Castr. nu. 6. & est optimus tex. ad hoc in c. statimus de decim. in 6. ibi: cum non sit dicendum asperum, sed pius potius, & benignum: idem tenent cum alijs D. Couar. lib. 4. var. resolut. c. 11. n. 5. Mandosius regul. 10. de annal. possessor. q. 3. n. 7. Flamin. Paris. de regulat. benef. l. 2. q. 2. n. 23. cum sequentibus. Thom. Sanchez d. lib. 1. disput. 1. n. 4. vbi appellat hanc doctrinam communem, atque communiter receptam: & gloss. in d. c. sciant cuncti, allegatur ad hoc, quod quando agitur de obseruancia iuramenti est res fauorabilis, ac proinde fieri debet extensio, licet sit materia pœnalis, secundu Auedà. 2. par. c. 27. Preter. n. 3. dicens, quod hæc est communis opinio, 11 Et præfata cum munis doct. & distinctio, vt vera sit, intelligenda est, quando odium à fauore distingui nequit, tunc enim ex principali intenu fauoris, aut odii iudicanda est fauorabilis, aut odiosa: at vero, quoties fauor & odium distingui commode possunt, extendenda est, quatenus erit fauorabilis, restringenda vero, quatenus est odiosa: ita & bene concordando opinionem docent Couar. & Thom. Sanchez vbi supra.

12 Ex supra dictis etiam decidenda venit ea questio, an stante statuto, vt vxore absque liberis decedente, vir dotem, vel partem eius lucreretur, si sponsa de presenti nondum cognita obierit, dos, vel pars illa dotis viro adquiratur: videtur namque, cum hæc dispositio fauorabilis appareat, viro acquiri, iuxta distinctionem communem supra adductam, & ita hanc partem pluribus late comprobatur Felinus in c. tertio loco, n. 1. cum sequentibus de presump. & n. 2. eam probabile esse censet, & eam multi sequuntur, secundu Abbatem in d. c. ex publico n. 7. de conuers. conjug. & fuit opinio Baldi in d. 1. non sine, quem sequitur ibi Paul. de Castro: idem Bald. in l. Deo nobis num. 6. G. de Episcop. & cleric. & Bald. in l. solent §. que virum, num. 2. ff. de his, qui not. infam. & Gomez Arias in l. 79. Taur. n. 1. Nilominus & tamen contraria sent. in hoc est tendenda, nempe minime sponsum lucrari præd. dotem, vel partem cum marito delatam in præd. specie: est namque materia odiosa, cum sponsa sine causa eam dotis partem amittat, & præterea mens principalis statuti non concurrat, supponentis tacite, vxorem debere esse cognitam, & adhuc decedere sine liberis tenet latissime hanc questionem pro & contra examinan. Sali. in l. cum inter. c. de donat. ante nupt. Abb. in d. c. ex publico n. 7. cum sequentibus, de conuers. conjug. & consil. 1. n. 4. cum sequentibus, vol. 1. & Felin. alios referens in d. c. 3. loco, n. 2. Constan. de sponsalibus, tit. quid sint sponsalia n. 11. vbi 9. tractat. d. iuers. Doct. in nouis Summa Tabie, verb. sponsalia §. 1. in fin. & Thom. Sanchez d. lib. 1. disput. 1. n. 5. & iuxta hanc partem plures DD. confluunt, quos refert Marianus Socin. in rubrica de sponsalibus, n. 2. vbi inquit, pluries se habuisset de facto, & consulit (& recte meo iudicio) considerata qualitate verborum ipsorum statutorum, ac eorum ratione, qua ponerunt moeri statuentes, & alijs circumstantijs ad id necessarijs.

13 Deinde colligitur ex superioribus, quid dicendum sit circa decisionem tex. in c. 3. de sententia excommunic. circa sponsum, ibi: nec ille compellendus est ad Sedem Apostolicam venire, qui in clericum cum vxore matre, sorore, vel filia propria turpiter inuentum, manus iniecerit violentas: an habeat locum in percutiendum clericum turpiter inuentum cum sponsa de presenti, nondum carnaliter cognita, si sponsa, an incidat in penam excommunicationis,

vel non? in casu namque illius tex. quamuis prima facie maritus in excommunicationis sententiam incurrere videbatur, licet non sit compellendus ad Sedem Apostolicam per absolutionem venire, vt apparet manifeste ex verbis ipsius iam relatis: tamen contrarium verius, & communiter receptum est, per omnes ibi, scilicet, eam non incurrere per eundem tex. ad contrario sensu, ibi: ceterum (quæ est dictio aduersatiua iuncto sine, ibi: non erit à sententia excommunicationis immunis: ergo in casu proximo præcedenti eam non incurritur tenet Nauar. in Manual. Latin. c. 27. n. 34. innot. n. 30. & inquit Thomas Sanchez vbi supra. n. 6. quod omnes nemine discrepante (quod ipse videtur) intelligunt eum tex. vt is percussor non incurrat sententiam excommunicationis,

Verum quod ille tex. iuncto præd. suo communi intellectu non procedat in percutiendum clericum turpiter inuentum cum sponsa de presenti à se incognita carnaliter, & sic quod incidat in penam excommunicationis, facit communis resolutio supra adducta, quia cum res sit exorbitans à iure communi, & clericis odiosa, nomine vxoris, comprehendit non videtur sponsa de presenti incognita.

Nilominus tamen contrarium in hac vltima specie est verius, & tenendum, imò quod in casu illius tex. idem sit dicendum in sponsa de presenti à sponso non cognita, nempe, vt sponsum clericum cum turpiter repertum percutiens, minime incurrat excommunicationis sententiam. Ratio namq; illius tex. hoc suadet, quia mens Pontificis fuit excusare maritum ab hac excommunicatione, ob iniuriam adulterij atrocem sibi illatam, ob quam iure Ciuili conceditur sibi accusatio, vt in l. vxor. 13. in principio, in vers. Diuus Sener. ff. ad l. iuliam de adult. de cuius tex. intellectu infra agemus: que ratio pariter militat in quantum quæ sponsa de presenti, cum vere committatur cum ea adulterij, & violatur alienus torus, vt postea dicemus: & ita in terminis hanc sententiam expressit teauit gloss. in d. c. 3. verb. cum vxore, & ibi Ant. de Butrio n. 13. Anchar. in fine. Abbas n. 9. Syluest. in Summa verb. excommunicatio 6. dicto 10. & Tho. Sanchez vbi supra alios allegans.

Sponsus tamè de futuro percutiens clericum cum sponsa turpiter inuentum incidit in penam excommunicationis, Pape reseruatam, Canon. ff. de re diabolo 17. quæst. 4. vt sentit præd. gloss. communiter approbata secundum D. Couar. in 4. de sponsalibus, l. part. 1. num. 2. vbi tamen, inquit, se credere ratione iniuria, que ipsi sponso inferitur, ipsum sponsum excusari, & satis esse ab Episcopo eundem absolui cum ex eodem capitulo 3. appareat, percutiendum clericum cum sorore turpiter inuentum excusati quem sequitur Marc. Antonius Cuchus instituit. maior. lib. 5. tit. 10. n. 5. & Ludou. Lopez in 2. part. Institut. in materia de matrim. in 2. edit. c. 36. fol. 1031. §. ex prædictis etiam 2.

Sed contra hanc sententiam facit primo: quia si præd. ratio, & fundamentum Couar. aliquid probaret, dicendum esset, huiusmodi percussorem immunem esse ab excommunicatione, sicut de percutiente clericum repertum cum sorore turpiter statuitur in d. c. 3. hoc autem non est ita: quia percutiens clericum repertum cum sponsa de futuro turpiter incidit in excommunicationem, vt nullus negat: igitur, &c. Secundo, quia regulariter excommunicatio percutientis clericum est Pape reseruatæ, vt in d. c. si quis suadet, re diabolo nisi in casibus à iure expressis: sed hic non est huiusmodi: ergo ius antiquum remanet in suo robore, quod enim non mutatur, qua testare prohibetur l. precipimus, cum similib. de appellat.

Tertio, quia tex. in d. c. 3. solum excipit ab obligatione

ne ad eundem ad Sum. Pontificem pro huiusmodi ab-
 solutione percipientem clericum turpiter inuentum
 cum vxore. Nomine autem vxoris, premaxime in
 odiosis clericis, non comprehenditur sponsa de fu-
 turo, ut patet ex sup. dict. ergo absolutio in hac specie
 peti, & obtineri debet Sum. Pontif. nec sufficit
 quod ab Episcopo concedatur. Ex quibus hanc opi-
 nionem contra priorem Couar. cum communi tenent,
 & probant Vivald. in Candel. Aur. 7. Sacram. 1. p. tit.
 de spons. n. 1. vers. quæritur 5. & Thom. Sanch. de ma-
 trim. lib. 1. dist. 1. n. 6. vbi dicunt hanc opinionem
 esse communem, & veritorem cont. Couar. vbi sup. quod
 ita credo, & teneo, quamuis opinio Couar. sit beni-
 gna, non tamen iura.

16 Ex sup. dict. etiam venit resoluenda questio illa
 celebrans, an adulterium committitur cum sponsa de
 futuro? Videtur namque cum ea adulterium committi
 ex tex. in d. l. si vxor 13. in prin. vers. Diuus, ff. ad l. Inl.
 de adul. ibi: Etia in sponsam hoc idè vindicandum,
 quia neque matrimoniu qualecunq;, nec spem ma-
 trimonii violare permittitur: expendo verba illa,
 neq; spem matrimonij: nam cum præcesserint alia
 de matrimonio qualecunq;, hic dicitur, nec spem
 matrimonij, hoc est sponsalia de futuro, quæ quidè
 sunt futurarum nuptiarum promissio, ut sup. proba-
 uimus: quod etiam probatur in s. si minor. eiusd. l. 1.
 & in terminis sit in sponsa de futuro intelligit eam
 leg. lo. & alij, quos refert, & sequitur D. Couar. 1. p.
 c. 1. n. 7. vbi id bene probat.

Secundò, hæc eadem pars probari videtur ex l.
 1. tit. 17. p. 7. in prin. vbi dicitur: Adulterio ex terro que
 honestate, iactio con muer casada, o desposada con otro.
 Vbi ponitur mulier desponsata ampliatiè ad nup-
 tiam: & in terminis hanc opinionem tenet glo. in
 c. quem admodum verb. sponsa de iure iur. Abb. & Pra-
 polie in c. discretione de eo, qui cogn. vxor. & c. Oldrad. &
 Aueric. in l. Miles s. quærebatur ff. ad l. Corn. de adul.
 Cifuent. in l. 81. Tauri. in prin. & hoc est verum stan-
 do iuri communi, secundum Greg. Lop. in d. l. 1.
 verb. o desposada: & late eam probat, atque defendit
 D. Sarm. l. 1. s. l. 1. inter pret. c. 7. n. 1. cum segg. vbi
 respondet fundamentis Couar. sup. & tandem con-
 cludit n. 4. esse verum adulterium: & tenendo
 hanc sententiam eam limitat Sarmient. vbi sup. n. 5.
 vt non procedat, quando iam sponsa expressè con-
 stituit à sponsalibus recedere: solus namque animus
 in mente retentè ad hoc non sufficeret, vt ibi probat.
 Nihilominus tamen contraria sententia in præfa-
 ta questione principali tenenda est: imò quod cum
 sponsa de futuro adulterium minime committitur.

Primò, quia adulterium est alienatori violatio.
 c. ex illa. ad s. 3. q. 1. inter s. ff. ad leg. Inl. de adul. l.
 1. in prin. tit. 17. p. 7. Diuus Thom. 2. 2. q. 15. 4. art.
 8. in corp. Glo. in rubrica. C. de adulter. Doctores in
 rub. ext. de adulter. in Decretal. Didacus Perez post
 alios, quos citat in l. 2. tit. 15. lib. 3. Ordnamenti, in
 glossa: T. p. iere adulterio pag. 289. col. 1. & plerique ex
 infra citandis: sed coitus cum sponsa de futuro non
 violat alterius torum: ius enim non competit spon-
 so de futuro accedenti ad sponsam de futuro ante
 conjugalem consensum: ergo adulterium non com-
 mittitur cum sponsa de futuro.

Secundò, quia adulterium propriè solum committi-
 tur cum nupta, l. inter. 6. in prin. ff. ad l. Inl. de adul.

Tertiò ex l. 81. Taur. hodie. l. 1. tit. 20. lib. 3. noua collect.
 reg. ibi: Si aliqua muer estando casada, o desposada por
 palabras de presente cometer adulterio: At sponsa de
 futuro non est nupta, nec desponsata per verba de præ-
 senti, ergo accessus ad illam non est adulterium, sed
 tantum ille, qui committitur cum nupta, vel sponsa
 de præfenti, & in terminis hanc sententiam volue-
 runt, & tenent glossa in c. quidam desponsauit, verb. sed

maebus. 27. q. 2. & in d. c. discretione verb. reatū adul-
 terij, vbi Cardinal. id notat, Antonius de Butrio nu.
 6. de eo, qui cognon. consens. vxor. glossa in c. si vero, &
 primo, de sententia excommunic. verb. cum vxore, Ana-
 nias in c. n. 2. in si. de adult. Felin. in rubrica de sponsa-
 lib. num. 1. in fin. D. Couar. in 2. de sponsalib. 1. part.
 cap. 1. num. 8. & de iure regio idem probat Greg. Lopez
 vbi sup. in versiculo, sed per leges. Ant. Gomez in l. 80.
 Tau. num. 47. in vers. dubium tamen est, vbi dicit com-
 munem: & veritorem esse existimat Don Iuan Vela
 de panis cap. 1. de adulterij pena pag. 4. vers. quid autem
 dicendum, Marc. Anton. Cuchus de institution. maior.
 lib. 5. tit. 10. num. 4. Est communis secundum Iulium
 Clarum, qui eam sequitur lib. 5. receptarum sentent. s.
 adulterium versic. Sed hæc omnia: sequitur Oonstan. de
 sponsalib. tit. quid sint sponsalia n. 17. & 18. vol. 9. trad.
 diturum Doctorem in nouis, & vbi Carre. eodem tit.
 l. 1. 4. 3. in fine, Didac. Perez in l. 1. tit. 15. lib. 3. ordinu. vers.
 item deducitur, pag. 5. & ad Greg. Lop. vbi supra sed re-
 fer Didac. Perez in d. l. 2. tit. 15. lib. 3. pag. 289. col. 1. in
 glof. E. hieze adulterio, paulo post prin. Gomez Arias
 in l. 81. Taur. n. 1. cum seg. vbi late eam defendit Can-
 tera in suis quest. criminal. s. de adulterio. n. 26. pag. 476.
 est communis secund. Azeved. qui eam sequitur in
 l. 2. n. 5. tit. 20. lib. 3. noua collect. reg. eandem sequitur Vi-
 uald. in suo Candelab. aureo septem sacram. tit. de spon-
 sal. n. 9. Ludouic. Lopez in 1. p. Infruct. in noua editione
 c. 29. S. ad hæc libet. & in 2. par. in materia de matris. s. 36.
 s. aduertendum est tertio: Enriquez lib. 1. de matris. c.
 13. n. 4. Manuel Rodri. in 1. tom. sue Summe c. 53. nu. 37.
 in fine; & nouissime eos sequitur Thom. Sanchez de
 matris. lib. 1. dist. 2. num. 22.

Difficultas consistit in response ad d. s. Diuus: 17.
 & s. si minor: nam pro facto duoru videtur eis respo-
 dere, vt affirmat Greg. Lopez vbi supra ad fine glossæ.
 Couar. namq; vbi sup. d. n. 8. ad fin. & communi-
 ter DD. respondent ad d. s. Diu. ibi, licere ex rescrip-
 to Imperatoris, coitus alterius cum sponsa de fu-
 turo vindicare: non tamen ex eo quod ille coitus
 sit adulterinus: sed quia iniuria atrox sponso infer-
 tur propter spem matrimonij: vnde sponsum non vin-
 dicat hanc fornicationem, eo quod sit adulterium,
 sed ratione iniuriæ atrocis sibi illatæ, quemadmo-
 dum iniuriam sponsæ illatæ vindicare licet ob eandè
 matrimonij spem. l. item apud Labonem s. sponsam
 quoque ff. de iniurijs, vel saltè in d. s. Diuus, (in que
 Couar.) sponsum non vindicat illam fornicationem iure
 adulterij, quod sibi sit esse; ipse Præsul affirmat,
 inde opinans, verum sensum d. s. Diuus. & s. si minor,
 non oblatè, quia videlicet loquuntur in accusatione
 quæ fit iure sponsi, non vero iure adulterij, vt aper-
 te dicit constare ex eius litera, nempe d. s. Diuus, vel
 quod erit ille tex. intelligèdus de sponsa ad domum
 traductæ, cum qua ex illa traductioe consensus con-
 iugaljs, saltè tacitus, intercesserat, cum illa esset nu-
 bilis, malicia supplente ætatem, vt ibi latius probat.
 Hic tamen intellectus ad d. s. Diuus non placet Sar-
 mient. vbi supra n. 1. quia ibi probatur contrariu iun-
 gendo eum cum vers. præcedenti: cum enim ibidè di-
 ctm fuisse sed & in eam vxorem non fuisse maritus
 adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit, & c. Se-
 quitur d. s. Diuus Severus & Antonin. rescripserunt
 etiam in sponsam hoc idem vindicandum quia nec
 matrimonium qualecunq;, nec spem matrimonij vio-
 lare permittitur: quod confirmatur ex d. s. si minor:
 ibi, sed quasi sponsa poterit accusari ex rescripto
 Diui Seueri, quod supra relatum est. Addit præterea
 non posse defendi intellect. præf. Couar. ad d. s. si
 minor, quia illa tex. in eo solè fundatur, quod sponsa
 sit, & ad hoc allegatur ibi rescriptum Diui Seueri, in
 quo nulla traductio, seu copula est necessaria, vt
 sponsa dici possit.

Nihilominus licet hæc punctuatio & replica sub-
 tiliis sit & suo ingenio digna adhuc intellectus Cou-
 ar. & communis ad dicta iura sustineri potest & de-
 bet: cum quia communis est, quem veru esse tenent
 tor viri gravissimi, ita vt merito non sit censendum
 eos hallucinatos fuisse, & solum Sarmientu verita-
 tem attingisse: tum etiam, quia est iungendo d. s. Di-
 uus cum s. præcedenti, qui loquitur de adulterio ad
 fin. verba d. s. Diuus, illa nempe, etiã in sponsam hoc
 idem vindicandū, intelligenda sunt: proprius tamen,
 & verius est, vt intelligatur de iniuria atroci illata
 sponso ex copulo habita cum sua sponsa de futuro,
 quæ est commissio futuri s. præcedenti cū vxore. Ita-
 que respectu copulæ cū vxor; commissæ eadè vin-
 dicta dicitur, & est: non tamen ex hoc appellare vo-
 luerunt Diuus Severus & Antonius adulteriu, copu-
 lam, commissum cum sponsa de futuro, sicut com-
 missum cum vxore; sed pacificare intendunt vindic-
 tam in vtroque casu de qua vtique s. loquitur, di-
 versimode tamen: in primo namq; illa copula cum
 vxore admissa, adulteriu & bene nominatur: in se-
 cundo vero minime, sed asseritur hoc idem vindic-
 andum, scilicet, iniuriã atrocem illatam sponso, in
 quo sufficit verificari identitatem cum s. præcedenti:
 diuersa etenim ratio respectu adulterij militat inter
 copulam habitam cum vxore, & inter habitam cum
 sponsa de futuro, adeo, vt verisimile non sit Juris-
 consultum intellexisse, adulteriu committi cum vxore
 de futuro, cum in ea specie definitio adulterij su-
 pra assignata, minime conueniat, nec cadat: quia
 proprie adulterium in nupta committitur, iuxta Pa-
 pin. Jurisconsultu in d. l. inter liberos ad fin. ff. ad l. Iul. de
 adulter. Nec est dicendum Papinianu contrarium
 esse in hoc Vlpiano Auctori d. l. si vxor. 13. s. Diuus,
 sed imo potius vtique; idem sensisse: hocque ma-
 nifestum sit ex ratione d. s. Diuus ibi: quia neq;
 matrimoniu qualecunq;, nec spem matrimonij vio-
 lare permittitur. Hæc namq; ratio aperit mentem, &
 intellectu d. s. Diuus Severus: nempe quod non liceat
 violare matrimoniu, nec spem ipsius: sed nihilomi-
 nus diuersa futuri matrimonium jam contractū, &
 sponsalia de futuro, quæ dicuntur & sunt spes matri-
 monij futuri; in illo enim violatur matrimonium
 ipsum, hoc est, eius torum: in his autè, scilicet, spon-
 salibus de futuro cum nondum fuerit contractum
 matrimonium, sed tantum violator spes futuri ma-
 trimonij, quod nec etiam licet: non tamen inde se-
 quitur, quod si violatur spes matrimonij futuri, sit
 adulterium, cum nullum adhuc intercesserit matri-
 monium de præfenti, sed erit grauis & atrox iniu-
 ria, maior quã cum non sponsa, propter illam qua-
 litatè spei futuri matrimonij aggravantè ipsam ini-
 uriam. Quis enim nõ videt magnam esse differen-
 tiam inter copulã admissam cum vxore alterius, &
 cum sponsa de futuro? Quomodo igitur appellari
 poterit adulterium vbi matrimoniu, aut sponsalia de
 præfenti non intercesserunt? Quod etiã probatur ex
 tex. in c. quem admodum de iur. iur. vbi si quis iuravit cū
 muliere contrahere propter superveniẽtẽ fornic-
 ationem, vel deformatiẽ, eam repellere potest; &
 tamen si esset vxor matrimonium non dirimeretur,
 sed tantum separarentur conjuges quoad torum, &
 mutuum cohabitationem, vt ibi probatur & alibi.
 Similiter intellectus Couar. ad d. s. si minor supra af-
 signati verissimi sunt, & literales, imo ibidem pro-
 batur copulã commissam cum sponsa de futuro nõ
 posse accusari iure viri, sed quasi sponsa ex rescripto
 Diui Seueri, quod supra relatum est, scilicet ob atro-
 cem iniuriam sibi illatam. Quod si replices, adhuc
 ibi illam copulam appellari adulteriu in illis verbis,
 ex eo adulterio; respondeo Couar. idè ibi illud dici
 quia sponsa ad domum sponsi erat traducta, ex quo

consensus conjugalis saltè tacitus intercesserat, cum
 puella esset nubilis, malicia supplente ætatem, siqui-
 dem fuit viripotens, & ob id cognita ab alio, & nihil-
 ominus iure viri accusari non potest, sed vel, quasi
 sponsa ex rescripto Diui Seueri, quia erat minor, &
 sic sponsa de futuro, de qua loquitur d. s. Diuus, &
 nec spem matrimonij violare licet, quæ enim tunc
 verum conjugium iudicabatur iuxta, Glof. & ibi cõ-
 muniter DD. in cap. 1. s. vnic. de desponsatione impub. l.
 6. cõmuniter approbatam secundū Prepos. in c. de il-
 li. Et segundo, eodem tit. Adhuc tamen rex. ille m. d. s. si
 minor nec l. 3. tit. 20. lib. 3. noua collect. reg. quatenus exe-
 git ad adulterij penas incurrendas, ipsos sponfos
 qui consensum conjugale præstiterunt constitutos
 fore in etate perfecta duodecim annorum in femi-
 nis, & quatuordecim in viris à Sacris Canonibus re-
 quisita, non videtur permittere adulterij accusa-
 tionem, quam saltèm permittit iure sponsalioru d. s. si
 minor, nõ tamè d. l. Regia, vt rectè considerauit Coua.
 d. c. 1. n. 4. & 15. vbi bene agit de intellectu d. l. Regie.

Non obstat etiam d. l. 1. vbi, O desposada con otro tit.
 17. partit. 7. quia lex illa in hoc necessario intelligenda
 est de sponsa de futuro, non verò de futuro, vt pa-
 tet ex definitione adulterij statim ab ea posita, ibi
 E tomo est nombre, scilicet adulterij de dos palabræ de
 Latin, alter & torus, que quierè tanto deir, como home,
 que va, o fue al lecho de otro por quãto la muer es cõtada
 por lecho del marido, con quien es ayuntada: nota verbu,
 con quien es ayuntada: ergo est sponsa de præfenti ad
 minus: ex quibus omnibus remanet forma præd.
 communis resolutio, quod adulterium non committi-
 tur cum sponsa de futuro, nec ipsa de adulterio ac-
 cusari potest, licet atrox iniuria facta sit ipsõ, quod
 proculdubio est verissimum iure nostro Regio ex d.
 l. 3. tit. 20. noua collect. reg. ibi, Que toda muer que fue
 de desposada por palabras de presente con hombre que fue
 de catorce años cumplidos, y ella de doce años acaba-
 dos, è hieze adulterio, & c. Et l. 4. eius tit. in principio, i-
 bi, si alguna muer estando con alguõ casada, o desposada
 por palabras de presente, en haz de la Santã Madra
 Iglesia, cometer adulterio, & c. ergo ad hoc, vtiplurim
 committatur, & accusari possit de adulterio, eiusq;
 penas incurrat, opus est, quod ipsa mulier sit nupta
 & sic sponsa de præfenti in facie Ecclesiæ; alias se-
 cus à contrario sensu, & ita obseruauit Greg. Lopez
 in d. l. 1. tit. 17. in Glof. o desposada, ibi sed per leges, & c.

Hinc esse videtur eum, qui cum alterius sponsa de 18
 futuro fornicatus fuerit, non teneri ad consentiendū
 Sacerdoti hanc circumstantiã, seu qualitatẽ spon-
 salioru, nec ipsa sponsa ad hoc astringitur, cum hæc
 qualitas speciem peccati non mutat, licet omnibus
 iniuriam passis satisfactio debeat: circumstantiæ
 namq;, quæ peccati speciem non mutant, non sunt
 necessario confessario reuelandæ in interiori anime
 iudicio secund. D. Thom. in 2. sentent. dist. 17. q. 3.
 Archiepiscop. Florentin. in 3. p. sue Summe tit. 17. c.
 17. s. Syluest. verbo confessio l. q. 9. & verbo circumstan-
 tia. Navar. de penit. dist. 1. 5. in principio. & hæc est cõ-
 munis & frequentiori calculo recepta sententia secun-
 d. Couar. de sponsalib. 1. parte, cap. 1. in principio. n. 14.
 Concil. Trident. sessio. 4. cap. 5. & Canone 7. dum ibi
 declaratur, quod circumstantiæ, quæ mutant speci-
 em, sunt consistendæ; ergo à contrario sensu, quæ
 non mutant speciem, non sunt consistendæ, prout
 docuimus lib. 1. Canon. questionum 6. 3. à n. 25. & Pa-
 dilla in l. si qua beneficiã, num. 28. C. de diuers. rescripti.

Cum igitur hæc, de qua agimus, circumstantia copu-
 læ habitæ cum sponsa alterius de futuro speciem
 peccati non mutat, quia non est adulterium, con-
 sequitur ipsam non esse necessario consistendam: &
 in terminis ita tenet Couar. vbi supra: quem sequitur
 Vivaldus in candelabro aureo 7. sacram. 1. parte in ma-
 teria

veria de sponsalib. 6. i. num. 10. & dicit esse probabilem Petrus de Ledesma de matrimonio quest. 3. art. 1. du- bio ultimo.

Cachus tamen de institut. maior. lib. 5. tit. 10. num. 7. hoc sic intelligendum opinatur, nisi illa ex tali congressu conceperit, ne maritus alienam prolem alar, sibi que heredem extraneum ignarus in praedicti propriis folobis instituat: & tandem inquit, quod imo, quia in tali progressu hoc periculum subest, videtur omnino hac circumstantia aperienda, quasi peccatum augens, cum metuere hoc periculum debuit, & propterea ab hoc peccato cautius scablinere: & sic tenet in effectu contra priorem sententiam Couar. & sequitur, prout expresse aduertens eum probat Sarmient. ubi supra lib. 1. select. interpret. 6. num. 3. & Ludouic. Lopez in 1. parte Instructor. cap. 29. S. ad hoc libet. & praeterea hanc secundam sententiam contra Couar. sequitur tanquam longe probabiliorem Petrus de Ledesma ubi supra. & in additionibus eam probat cum magis communi Doctorum, prout eum refert, & sequitur Manuel Doctorem, in sua Summa 1. parte cap. 53. de la confesion. num. 3. quia qualitas haec notabiliter aggravat peccatum, si quid cum ob eam potest sponsus sponfam repudiare. quemadmodum de iurjurando.

39 Et qualitas notabiliter aggravans peccatum, licet speciem eius non mutat, est confitenda, vt ibi late probat, & nos quoque docuimus ubi supra. num. 26. Hanc etiam partem veniorem exilimar in premiffa specie Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. disputatione 2. num. 6. qui num. 7. inquit. Quod quamuis hic accessus non sit vere adulterium, mutat tamen peccati speciem, cum ultra fornicationem, sit iniustitia aduersus sponfalium fidem, vt ibi late probat aduersus Enriquez, & haec secunda sententia aduersus priorem mihi magis placet, & venior & tenenda videtur, nempe quod praedicta circumstantia sponfalium de futuro sit necessario confitenda subitendo sponsum, vt aiunt praefati Auctores.

20 Limitat hanc sententiam Thomas Sanchez ubi supra, vt procedat quando haec circumstantia fuerit ex parte femine, id est, dum aliquis fornicatur cum sponfa alterius de futuro: secus, si te tenet ex parte viri, vt si sponfus de futuro fornicetur, quia tunc haec circumstantia sponfalium non est necessario detegenda in confessione: mouetur, quia ea iniuria reputatur prudentum a bitorio leuis in fornicatione sponfi de futuro, quia licet ea fornicatio iniuriam contineat, ac circumstantiam diuersam specie iniustitiae aduersus jus acquisitum sponse per sponsalia, non tamen excedit limites culpae venialis, ac proinde inquit, non esse necessario farendam, & secus esse fateatur in sponse fornicatione, quae atrox est sponfi iniuria.

Displicet tamen mihi haec limitatio, quonia sponfus, & sponsa se habent vt correlativa, ac proinde dispositum in vno debet censeri dispositum in alio, l. final. C. de indi. vidui. Tolet. l. final. ff. de accept. lat. l. C. de Cupres. lib. 11. cum sim. & quamuis atrox, & grauior reputetur prudenti arbitrio fornicatio sponse de futuro quam sponsi, nihilominus haec grauis nimis est, siquidem violatur spon. & fides futuri matrimonij, & aggravatur notabiliter peccatum, ac proinde haec circumstantia necessario a sponso de futuro confitenda esse videtur, quod a fortiori procedit, si eo mutat speciem peccati, prout mutat fateatur ipsem Thom. Sanchez ubi supra: praeterea, & contra eum facit non leuis ratio, nam si maritus fornicetur cum alia femina, quam propria vxore; necessarium fateri debet suum statum, & conditionem, hoc est, se esse vxoratum, quia ea circumstantia mutat speciem peccati: quod nemo negabit, & tamen

arbitrio prudentum ea fornicatio leuior respectiue iudicabitur, quam vxoris: ergo idem in proposito specie fornicationis sponfi de futuro respectiue etiam: siquidem ob eam sponsa de futuro poterit sponsum suum repudiare; ex quibus hanc sententiam contra Thom. Sanchez censo esse veriorum, & securiorem in animae iudicio.

Ultimo, ex sup. dictis plane inferitur, filios ex fornicatione cum sponsa alterius de futuro natos non esse adulterinos, quia ea fornicatio adulterium non est, vt probauimus, ita recte tenet Couar. d. 1. p. de sponsal. cap. 1. n. 3. in principio. Ludouic. Lopez in 2. p. sui Instructorij in materia de matrimonio cap. 36. S. aduertendum est 3. Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 2. num. 3.

21 Dubium tamen est an huiusmodi filij, de quibus agimus, sint, & dicantur naturales, vel spurij? & D. Sarmient. lib. 1. selectar. interpret. cap. 5. num. 5. probat contra Couar. eos non esse naturales, pro quo facit l. 1. Taur. hodie l. 9. tit. 8. lib. 5. non. coll. reg. vbi disponitur Que entones se digan ser los hijos naturales, quando al tiempo que naxeron, & fueron concebidos, sus padres pedian casar con sus madres iustamente sin dispensacion: Sed huiusmodi fornicator non poterat iuste cum sponsa alterius matrimonium contrahere, ex quo conceperat illum filium, obstantibus sibi illis sponfalibus de futuro alterius hominis: ergo filius ille non erit naturalis, sed spurij, sic scripserunt Ceruantes in d. 1. 1. Taur. nu. 1. 4. 5. cum sequentibus, quod filij nati ex eo qui simplex votum castitatis emiserat non sunt naturales.

Nihilominus tamen tenendum est contrarium, nempe, filios natos ex fornicatione habita cum alterius sponfa de futuro esse naturales: quia tempore conceptionis poterant parentes eorum valide contrahere, non obstantibus praed. sponfalibus, licet peccarent; patet, quia per matrimonium de praesenti soluuntur sponfalibus de futuro, vt per Thom. Sanch. lib. 1. disput. 28. num. 1. ex text. in cap. finier. de sponsal. & cap. 1. de spons. duorum & cap. 5. 27. q. 2. & Matienos in rubrica, glof. 1. nu. 49. tit. 1. lib. 5. non. coll. reg. ergo cu hi poterant iuste (hoc est valide) contrahere non obstantibus praed. sponfalibus de futuro, habet potentia sufficere ad hoc, vt praed. filij dicantur naturales, iuxta d. l. 1. Taur.

23 Quae dum ad hoc postulat vt parentes possint libere contrahere, intelligi debet, id est, valide, quia non habent impedimentum dirimens, vt cum iudicio pendit Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 29. n. 2. quem sequitur Thom. Sanchez d. 1. disputatione 2. num. 3.

24 Quo fit contra Ceruantes ubi supra, quod filij geniti post votum castitatis simplex, merito sint & dicantur naturales, vt in terminis recte probat Lara de aliment. in l. si quis a liberis num. 93. ff. de lib. a. nosc. & Pater Molina. tom. de iur. iur. & iur. ar. 2. disputatione in 167. col. 9. 99. & comprobatur Sanchez, ubi supra, qui etiam praed. nostram sententiam ex his tenet.

CAPITVLVM II.

De etate requisita ad sponsalia de futuro, & ad matrimonia.

SVM MARI VM.

- 1 Aetas requisita ad sponsalia de futuro contrahenda, & numerus sequentibus.
2 Septemnes vsus rationis habere debent ad hoc, vt sponsalia valide contrahere possint: & ante septennium non sufficit vbi vsus rationis, qui alias sufficit ad peccandum lethalius, vt in num. 2.
3 Ratio quare ius Canonicum eandem etatem requirit ad sponsalia in viris, & feminis, cum diuersam ad matrimonia petat.

5 Sponsalia de futuro vltima die septemij incepta contrahi possunt, imo sufficere, etiam si duo, vel tres dies septemij deficiant, vt in num. 6. imo in medio septemij anni, vt in num. 8.

7 Parum pro nihilo reputatur in omni materia, vt in auditione missae, recitatione horarum, furto, ieiunio & alijs.

9 Sponsalia de futuro in quacumque etate contracta valent, si via ordinaria, vel miraculose vsus rationis acceleretur.

10 Malitia an suppleat etatem in sponsalibus?

11 Sponsalia non sunt contracta ante septennium, nisi probetur contrahentes esse doli capaces: septennio vero completo contracta sunt valida, nisi probetur non esse doli capaces.

13 Sponsalia contracta ante septennium, si nulla sint, post septennium conualescunt, ex ratificatione expressa, vel tacita.

15 Sponsalia in valida contrahere ante septennium non est peccatum mortale, & num. 15. vbi agitur de intellectu: in ca. 2. de desponsatione impuberum.

16 Matrimonium contrahere ante etatem legitimam culpa est mortalis.

17 Aetas legitima ad matrimonium validum contrahendum est 12. annus in femina, in viro quatuordecimus: & haec aetas debet esse completa, vt in num. 4. 8. sufficit tamen si prima dies praed. termini aetatis sit incepta, vt in num. 19. quoniam idem erit dicendum, quamuis tres dies ex ea etate deficiant, vt in nu. 20. in dubio autem ante praed. etatem, nec mas, nec femina praesumuntur generatiu apti, nisi contrarium asserens id probet, vt in num. 21. est tamen praed. praesumptio iuri tantum, contra quam probatio in contrarium admittitur, vt in num. 22.

23 Malitia in matrimonio suppleat etatem, si tunc adfit potentis generandi, & sufficiens discretio ad se obligandam.

24 In sponsalibus contrahendis (vt inquit Modestinus in l. sponsalibus 14. ff. de sponsalibus) aetas contrahentium definita non est, vt in matrimonijs: quapropter primordij aetatis sponsalia effici possunt, si modo id fieri ab vtraque persona intelligatur: id est, si non sint minores, quam septem annis.

Tandem iure Canonico probatur in s. literas, & in ca. accessit de desponsatione impub. & in ca. ad dissolendum, eodem tit. lib. 6. in princip. tit. 1. par. 4. & ita tenent omnes DD. de hac re agentes, quorum plures refert Candela, aureum. 7. Sacrament. 1. parte. in materia de sponsal. 2. num. 2. & ceteri infra citandi, Naua: cum communi in Manual. Latin. cap. 22. num. 29. post Syluest. in Summa de sponsalibus quest. 2. §. tertium. Dominie. a Soto in 4. distict. 2. 7. q. 2. art. 2. ad secundum.

Et septennium istud completum desideratur in sponsalibus contrahendis, vt probatur in dictis iuribus, & fatentur omnes, vt affirmat Thom. Sanchez, de matrimonio lib. 1. disputatione 16. n. 2. & tenet quoque Motius de sponsal. tit. qui post. contrah. sponsal. nu. 5. fol. 168. & ratio est, quia septennium completo incipit commuiter vsus rationis, & libertas, vt probatur in l. si iuncti §. vltimo iuncta l. portus C. de iure de lib. & in d. l. in sponsalibus in verbis supra relatis, hanc rationem assignat D. Thom. in 4. distict. 2. 7. quest. 2. art. 2. quem omnes sequuntur, vt inquit Thom. Sanch. ubi supra, & approbatur in d. l. 6. in principio, ibi, Porque entones comienca a auer entendimiento, e son de edad que les place las desposadas, tit. 1. p. 4. vbi etiam quod sponsalia contracta ante septennium amborum, aut alterius nihil valent.

25 Major ergo septennium, imo quilibet, alias habili post septimum annum completum potest sponsalia de futuro contrahere, non tantum per se, sed

& per nuncios, procuratorem, vel parentes, & tutores, & curatores pro pupillis, & etiam alij sine mandato alterius, hoc est, quamuis non habeat mandatum a principio, sed non sunt sponsalia donec ille, vel illa scierit, & ratum habuerit. Canonem namque in hoc non requirunt nisi consensum contrahentium: ca. cum locum de sponsal. cum sim. l. ita Motius ubi supra de sponsalibus tit. qui post. contrah. sponsal. nu. 5. vbi nu. 6. inquit aduertendum esse, quod si pater sciente filio contrahit sponsalia pro filio ipso tacente, licet aliter non consentiat, expresse tenent sponsalia, quia taciturnitas operatur illo casu consensum, vt in cap. vnica §. fin. de desponsatione impub. lib. 6. & quod secus est in alijs ab ipso patre, & matre, quia non sufficit sola praesentia, sed oportet quod alter consentiat expresse, vel tacite per cohabitationem, vt in ca. ad quod de sponsal. Abb. & Marq. quos ibi ad hoc ibi citat.

Requiritur tamen quod septennium rationis habeant, nam si vterque, aut vnus eorum illum adeptus non sit, sponsalia sunt nulla & ita intelligitur d. l. in sponsalibus ff. de sponsal. dum inquit, non est praescripta aetas sponsalibus, sicut in matrimonio. Nam in matrimonio semper sufficit aetas praescripta a iure, in sponsalibus autem non semper; sepe namque septennium completo deficiunt vsus, ita glof. ibidem in fin. & alij, quos refert & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 16. num. 2.

Ratio autem quare ius Canonicum eandem aetatem ad sponsalia in viris, & feminis praescripserit, cum tamen diuersam ad matrimonia petat, nempe 14. annos in viris, in feminis autem 12. vt infra dicemus, haec est, quia ad sponsalia sufficit vsus rationis, qui eodem tempore viris & feminis aduenit, ad matrimonium autem requiritur potentia generandi, quae tardius in viris reperitur, ita D. Tho. ubi supra ad verum.

Sufficit tamen ad sponsalia de futuro, vt vltima septennij dies sit incepta, et si non sit completa, & hoc favore matrimonij, sicut favore parentum: hoc introductum, & decium est in l. qua etate ff. de testam. quia non debet esse minus fauorabile matrimonium, quam testamentum: ita in terminis tenet cum Abb. D. Couar. in 4. de sponsal. 1. parte cap. 2. nu. 2. Mandos. Enriquez, & Ludouic. Lopez, quos refert, & sequitur Sanchez d. lib. 1. disputatione 16. nu. 2. vers. hinc colligitur, & vers. sufficit tamen: loquitur etiam eadem opin. Motius de contrahib. tu. qui post. sint contrah. sponsal. num. 2. ad fin. fol. 168. col. 1.

Quoniam sufficeret moraliter completum esse septennium in hac materia, & luti si duo, vel tres dies deficiant, quia quod parum distat a re, parum, aut nihil distare videtur, vt inquit alias Philosoph. Aristotel. 2. Physicorum. l. penult. ff. de iuris testam.

Et in omni materia parum pro nihilo reputatur, vt in auditione missae, recitatione horarum, furto, ieiunio, & alijs, quae propter parum quantitatem mortalia non dicuntur, vt reholuit Nauar. in Manual. cap. 1. num. 4. & communis secunda. Candela. aurea septem sacram. statim infra citandum: vnde licet iura requirant septennium esse completum ad sponsalia de futuro valide contrahenda, non tamen deficiunt moraliter completum esse, et si duo, vel tres dies deficiant, non enim in tam paruo tempore perficitur intellectus, & vsus rationis impuberu ita, vt antea, eundem non habuerint, cui accedit: quod de minimis non curat Praetor, & ita hanc partem tenent Ioan. Andreas in d. c. literas nu. 2. Enri. inc. accessit eodem tit. de desponsatione impub. Praeposit. in e. iuuenis n. 7. in 5. fallacia de spons. glof. in Summa 2. q. 2. ad medium, ibi: nisi proximi sint septennium: sequitur plures allegans, & dicens commune Didac. Perez in l. 1. l. 5. Ordin. pag. 6. col. 1. ad fin. vers. 2. opinio: & col. seq. D. Thom. A iij

Thom. in 4. sentent. distinct. 27. quest. 2. artic. 2. ad septimum. & ibi Palud. quest. 1. art. 2. conclus. 2. Richardus de Mediauilla art. 3. questione 1. ad 2. Archiepiscopus Florent. in 3. parte sua Summa tit. 1. cap. 18. in princip. Syluester in Summa. verb. sponsalia. questione 2. in 2. dist. & Tabien. ibidem quest. 4. num. 5. Soro in 4. d. dist. n. 27. quest. 2. art. 2. est comunis secund. Candelab. aur. 7. sacram. 1. parte in materia de sponsal. c. 2. n. 15. ad 3. & secundum Petru de Ledema. in Summa de sacramento matrimonij pag. 41. col. 1. vers. la segunda sentençia es. quã ipse sequitur. ibi. digo lo segundo. sequitur Barthol. à Ledema de matrimonio dubio 11. fol. 124. Lud. Lopez 2. parte Instruorij de matrim. c. 37. fo. 1039. Vega 1. 6. sue Summa casu 101. & quod valeant sponsalia. quãdo cõtrahẽs est septenio nimis propinqui sunt. tenet etiam in Vico in Summa de matrimonio n. 284. & Veracruz 2. parte Speculi coniug. art. 36. §. primo. sponsalia expressa l. fin. tit. 1. partia 4. ibi. siete años. o poco menos. & quod si deficeret vna hebdomada. & aliquid amplius sponsalia sint valida. tenet Vivald. in suo Candelab. aur. vbi supra d. n. 15. post totum vbi supra. & Manuel Rodriguez in 1. tom. sua Summa in 2. edicione cap. 224. num. 2.

Imo in rigore. vt ait S. Thom. vbi supra valeret. quamuis contrahatur in medio septimi anni. quod etiam dixit Præpof. vbi supra d. num. 7. & Vivald. vbi supra. & superiorem sententiam communem recepiorem. & benigniorem. atque tenendam esse censet. tamen si contrarium cum Alex. de Neuo in d. d. litteras n. 2. in fin. imo quod exigatur septennium metaphysice completum. vbi de malitia etate suppletent non constat. tenet vt probabilior Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 16. sub num. 4. in vers. verum. probabilium. quod non credo. nec probo. sed præcedentem magis receptam sententiam. vt prædixi: intelligit tamen D. Thom. quod prædixerat. valere sponsalia de futuro. quamuis contraheretur in medio septimi anni: arbitrio boni viri. nempe secundum conditionem contrahentium. quia in quibusdam magis acceleratur rationis vsus. quam in alijs. & sic intentio discretioris. & complacentia nuptiarum. quod dicitur D. Couar. in Clementina si furiosus 3. parte in initio n. 5. de homicid. sequitur etiam Didac. Perez. vbi supra vers. sed melius est. secundum Sanct. Thom. & Candelab. aur. vbi supra n. 15. ad fin. & alij. quos refert. & sequitur Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 16. n. 13. ad fin. in vers. melius tamen. & ita est tenendum. prout etiam tenet Greg. Lopez in d. l. 6. Glossa 7. vbi glossa tamen superiora confirmant ex eo. quia licet ius Canonicum prescribit septennium. vt præsumatur rationis vsus ad contrahenda valide sponsalia de futuro. non autem ante eam etatem. hoc tamen procedit. vbi contrarium non apparet. vt cum alijs tenet & fatetur idem Sanchez vbi supra num. 10.

Hinc etiam est. vt secundum vniuersiorem. probabilior. & communem sententiam Doctorum valida sint sponsalia de futuro in quacunque etate contracta. si via ordinaria. vel miraculose vsus rationis acceleretur. vt tenent Alex. de Neuo in c. inuenis nu. 19. de sponsal. vbi quod si constet de prudentia pueri sexto etatis anno valent sponsalia. & Ant. Gabriel tom. 2. commun. opin. l. 7. in vers. sponsalia facta. ibi: proximi septennio. & in vers. sponsalia etiam folio 312. Vbi dicit esse communem sententiam valere sponsalia quadragenno contracta. si adit rationis vsus. quos refert Thomas Sanchez vbi supra n. 4. arbitrio ergo prudentis viri secundum conditionem contrahentium. & eorum vsus rationis hoc discernendum. erit. iuxta doctrinam D. Thom. vbi supra communiter recepti.

Deducitur etiam ex supra dictis. quid dicendum sit in illa satis controuersa questione. an malitia in

sponsalibus suppleat etatem? In qua sunt duæ opinioniones contrariæ. prima habet. non suppleri. & sic quod non valeant sponsalia ante septennium contracta. etiam si eo tempore rationis vsus contrahentibus adsit. ita tenent Abb. in d. c. inuenis nu. 5. in c. gemma n. 6. de sponsalib. & alij plures. quos citat Tho. Sanchez d. lib. 1. disputatione 16. num. 8. dicentes. malitiam tantum suppleat etatem. quando femina ante septennium fuit tentata ad copulam. tam namque dicunt oriri publicam honestatem propter copulæ tentationem per cap. inuenis de sponsalib. hanc eandem sententiam tenet. & probat Motus de contrah. tit. de nupt. in rub. qui possint contrahere sponsalia num. 3. & 4. fol. 168.

Secunda opinio multo verior. communis. & tenenda proculdubio habet. malitia supplet etatem valide contrahi sponsalia ante septennium. sicut & matrimonium ante etatem ad id iure requisitam. ex tex. in c. de illis el. segundo de dispensatione impub. Ita in terminis tenet gloss. in d. c. inuenis de sponsalibus verb. dubia: & in cap. sponsa eodem titulo in fine. & in summa verb. sponsalia 30. quest. 2. Ioann. Andr. in c. vnici. num. 1. de sponsa. impub. lib. 6. & ibi Philip. Francus in princ. num. 2. idem Ioann. Andr. in c. inuenis n. 9. de sponsal. & ibi ceteri communiter DD. Couar. in 4. de sponsalibus. parte cap. 2. n. 11. & alij quamplures luristi communiter. D. Thom. in 4. distinct. 27. quest. 2. art. 2. ad 7. & alij communiter Theologi. quos refert. & sequitur Thom. Sanch. vbi supra n. 9. & est comunis secundum Motium vbi supra n. 3. vers. contraria. & nu. 4. vbi alios refert. licet ipse eam non sequatur. sed quam prædiximus.

Tandem ex supra dictis resoluimus ante septennium non esse sponsalia. nisi probetur contrahentes esse doli capaces; septennium vero completo esse sponsalia. nisi probetur non esse doli capaces. sic Enric. in cap. accessit n. 2. de dispensatione. impub. quem refert. & sequitur Sanchez vbi supra num. 11. veritati igitur est in hoc standum. sicut in reliquis.

Non tamen sufficit in proposito si rationis vsus ante septennium ad sponsalia de futuro valide contrahenda. qui satis est. vt puer ille possit lethaliter delinquere secund. D. Thom. in 4. distinct. 27. quest. 2. art. 2. ad secundum. Ludouic. Lopez in secunda parte Instruorij. c. 37. de matrim. fol. 1039. Pet. de Ledema de matrimonio quest. 43. art. 2. dubio 1. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 13. n. 9. quicquid contrarium probare nitatur Sanchez vbi supra num. 16.

Ceterum si sponsalia ante septennium contrahantur. & nulla sint: post septennium tamen conualescunt ex ratificatione expressa. vel tacita. iuxta d. c. litteras. & ca. accessit de despos. impub. c. vnico in principio & s. porro. eodem tit. in 6. Couar. vbi supra num. 3. & Sanchez d. disputatione 16. num. 5. vbi numerus seqq. agit de signis. & requisitis ad tacitã ratificationem.

Contra here autem sponsalia inualida ante septennium non est peccatum mortale: quia tex. in cap. 2. de desposat. impub. dum districte prohibet. ne aliqui. quorum vterque. vel alter ad etatem canonicis determinatã non peruenerit coniungantur. nisi forte aliqua vrgentissima necessitate interueniente. vtpote pro bono pacis. talis coniunctio toleretur. licet præceptum contineatur. quia in omni prohibito. non continetur præceptum. vt inquit Archidiacon. in cap. interdixit 32. distinct. & præterea. quia intentio cuiuslibet Legislatoris Ecclesiastici. vrentis in sua lege verbo præceptiuo. aut prohibitiuo. est obligare ad mortalem culpam transgressorem. nisi per aliud quod signum. vel verbum exprimat. aut significetur contrarium. vt cum communi sententia resoluimus lib. 1. Canonice. questionum cap. 7. num. 21. & multo fortius in specie d. c. 2. quia grauius verbis

ibi

ibi videtur Summus Pontifex. videlicet. districtius inhibemus. Quare merito contra Ioan. Andr. ibi n. 1. Hostien. in eodem loco. & Alex. de Neuo num. 2. dicunt. non esse leue contrahentium: & esse præceptum obligans ad mortale. docent Palud. in 4. sentent. distinct. 23. quest. 2. art. 1. num. 8. & 10. & Summistæ communiter. nempe Syluester. verbum matrimonium 5. q. 6. & verb. sponsalia quest. 1. dicto 1. Tabiena verb. matrimonium 2. quest. 6. num. 7. Nauar. in Manual. cap. 22. num. 37. Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 13. num. 13. Petrus de Ledema de matrimonio quest. 43. art. 2. dubio 3. quos refert. & sequitur Sanchez lib. 1. de matrimonio disput. 19. num. 11.

Hæc namque. quamuis ita se habeant. non tamen debet de sponsalibus ante septennium: quia tex. ille dicit. non coniungantur. & postea in sua exceptione dicit. talis coniunctio toleretur. sed sponsalia de futuro non dicuntur coniunctio. sed coniunctionis promissio: & cum materia sit penal. & prohibitoria non est extendenda vitra propriam significationem. & nulla irrogatur iniuria ex his sponsalibus tertie personæ. nec sacramento. cum sponsalia de futuro. sacramentum non fiat. Quare merito hanc opin. (quod contrahere sponsalia inualida ante septennium non sit peccatum mortale) tenuerunt aliqui Theologi. ut inquit Ledema vbi supra dubio 3. & eam tenet Manuel Rodrig. in summa 1. tom. in 2. edicione cap. 244. num. 2. & Sanchez d. disputatione 17. num. 4. dicens. hanc sententiam multo probabilior esse. quam contrariam Soti in 4. distinct. 29. quest. 2. art. 2. ad 1. Nauar. Enriquez. & Ledema vbi supra. qui vitium hoc declarat. pueros hoc peccare mortaliter. si tunc habet rationis vsus. & à fortiori consulentes. & inducentes eos ad contrahendum. imo communem. dicit idem Ledema eam sequutus de sacramento matrim. p. 41. ad fi. & in principio sequentis. Sed nihilominus præcedens sententia negatiua verior est. & tenenda: imo nec culpam venialem in hoc contractu inuenit Sanchez vbi supra d. num. 4.

Matrimonium autem contrahere ante etatem legitimum culpa est mortalis. vt probatur in d. cap. 2. iuxta eius litteram. & vniuersiorem sensum. supra expesum. ita tenent Palud. Syluester. Tabiena. Nauar. Petrus de Ledema. Enriquez. & Manuel Rodrig. vbi supra. nisi ex Episcopi licentia. & iusta interueniente causa matrimonium ante legitimam etatem celebraret. vt in d. c. 2. in 2. parte. sic tenent plerique ex supra dictis. & ita est tenendum. quicquid Tho. Sanchez. vbi supra num. 6. contrarium tenet sequutus intellectum Abb. ad d. c. 2. ibidem num. 5. & Præpof. num. 2. explicantem illum tex. vt tantum prohibeat. ne impubes. vel pubes cum impubere. contrahat matrimonium. simulque copulæ carnalis dent operam. ne postmodum de valore matrimonij dubitentur: hoc namque diuinat ad illum tex. si quidem tantum agit de prohibitione coniunctionis in matrimonio. ante etatem legitimam. non vero de copula. nec ius Canonicum matrimonium de presenti inter impubes permitit cap. final. de desposat. impub. & in cap. vnico. idem quoque eodem tit. lib. 6. vbi in fin. Sed tantum refert factum impuberum. vel impubis. cum pubere contrahentium matrimonium. & dicit non esse matrimonium de presenti. licet illud de facto intenderint contrahere. & quamuis interpretetur. sponsalia illa tantum fuisse de futuro. non tamẽ in de sequitur. permittere matrimonium contrahi ante etatem legitimam. vbi malitia eam non supplet. quia potius illud prohibere videtur: siquidem declarat. non esse validum matrimonium de presenti. sed tantum interpretatur eum contractum esse sponsalia de futuro. in quibus valere potest: sic

que non obstat aliud fundamentum præfati Moderni. quod à iure antiquo recedendum non sit ab hoc tex. expresso ob euandam iuris correctionem. adeo. vt ob hoc à propria verborum significatione recedendum sit. vt per nos lib. 3. prædic. q. quest. 15. num. 34. & alios. quos ibi refert. Verum namque in se hoc est. non tamen conuenit in proposito. Deratione autem. & intelligentia d. cap. si de desposat. ne impub. & d. c. vnici. idem quoque. eodem tit. lib. 6. quare ius Canonicum interpretetur matrimonium contractum à præd. personis ante legitimam etatem sponsalia de futuro. cum ea minime verbis expressis celebrauerit. aut promiserit? agit latè D. Couar. in 4. parte cap. 3. per totum. & nos etiam de iuramento confirmat. 1. parte cap. 51. num. 37.

Et præd. sponsalia de futuro à iure talia interpretata ex matrimonio inter impubes. vel inter puberem. & impuberem contracta. sunt valida. & obligant. etiam si malitia non suppleat ætatis defectu. vt definitur in d. c. si de desposat. impub. & in d. c. vnici. §. idem quoque. eod. tit. in 6. glof. in d. c. si verb. subarrata. & in d. §. idem quoque verb. matrimonium. & vtrouque communiter DD. & alij quamplures Authores. quos congerit. & sequitur Thom. Sanch. lib. 1. de matrim. disputatione 21. num. 2. vbi recte hoc intelligit procedere in vtroque foro. & num. 3. limitat. vt non procedat. quando contrahentes prædicti re tantum expresse intenderunt matrimonij vinculo se contringere. tunc namque non manebant in foro conscientie obligati ad sponsalia: sed erunt obligati. vbi ex intento expressa non fuit. quia videntur secundum ius contrahere. & erunt sponsalia: quod si prædicta intentio restrictius iudicio legitime probetur. nec etiam in foro exteriori manebunt obligati ad sponsalia meo iudicio. quia tunc cessat iuris præsumptio. & interpretatio ex defectu legitimi consensu in vtroque foro.

Nec præd. iura. nempe c. si de desposat. impub. & cap. vnici. idem quoque eodem tit. lib. 6. corriguntur per sacrum Concilium Trident. sess. 24. cap. 1. in Decret. de reformatione matrimonij. quia solis veris matrimonij formam præscripsit caput illud. illi que clandestine celebrasset restituit: contractus huiusmodi impuberum. vel quod alter est impubes. nec est. imo fuit verum matrimonium. sed iuris interpretatione sponsalia. ita tenet Nauar. in Manual Latin. cap. 22. n. 37. & Ludouic. Lopez d. c. 37. fol. 1041. col. 1. in fin. & sequenti. & inquit Petrus de Ledema de matrimonio quest. 45. art. 5. puncto 2. post dubium 4. fol. 181. col. 2. quod ita declarauerunt Cardinales: & sequitur hanc opin. Thom. Sanch. d. lib. 1. disputatione 21. nu. 5. estque verissima. & tenenda. quamuis præd. declaratione Cardinalium in his propriis terminis non viderim.

Ætas autem requisita ad matrimonium validum contrahendum est pubertas. nempe annus duodecimus in femina. vt constat ex cap. continebatur de desposat. ne impube. in viro autem annus decimus quartus. vt in cap. attestaciones. & in c. ex litteris eod. tit. & hæc ætas ita à iure Canonico statuitur. atque definitur. quod tunc præsumantur habiles ad copulam. & ad coniugalem consensum. constat ex cap. pubertate eodem titulo de desposat. impub. & ibi. hoc notat gloss. vltima. ab omnibus ibi communiter recepta. in hac ætate autem aduenit pubertas: quare autem citius pubescant femine quam masculi. egimus in authentica sacramenta puberum num. 1. & 2. cap. si aduersus vendit & Tiraquel. in l. 6. consueud. num. 33.

Præd. ætas requisita ad matrimonium contrahendum tam in viro. quam in femina debet esse completa. vt colligitur ex d. c. continebatur de desposat. imp. dum ad valorem matrimonij puellæ non duodenis ponderatur. eam proximam duodecim ann.

ibi